

AN. CH. 150
1661.

Alexander Septimus An. VII.

Dat. die 3.
Jun. 1661.
An. VII.

fuo robore permanfuris, ad premifforum effectum fpecialiter, & exprefse derogamus, ceterisque contrariis quibufcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem fub Annulo Pifcatoris, die 3. Junii 1661. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXLII.

Ex Reg. in
Secret. Brev.

Commiſſio Epifcopo Rhedonen. fuper publicatione Jubilæi noviffime conceſſi, in locis Fontis Bellaufii & Moreti Senonen. Dioceſis.

Ven. Fratri Heurico Epifcopo Rhedonen.

ALEXANDER PAPA VII.

Ven. Frater ſalutem, & apoſolicam benedictionem.

§. 1. CUM ſicut Chariffimus in Chriſto Filius noſter Ludovicus Francorum Rex Chriſtianiffimus Nobis nuper exponi fecit, Noſtræ in ſimili forma Brevis literæ die 2. Mar. proxime præteriti emanatæ, per quas omnibus, & ſingulis utriſque ſexus Chriſtiffidelibus, qui præſcripta in eiſdem literis peragerent, pleniffimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in Anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Almam Urbem, noſtri Prædeceſſores concedere conſueverunt, ſub certis modo, & forma ibidem expreſſis conceſſimus, & elargiti ſumus, in Dioceſi Senonen. publicatæ haſtenus non fuerint; cupiatque propterea ipſe Ludovicus Rex opportune, ut infra a Nobis indulgeri: Nos ad præclara ejufdem Ludovici Regis in nos & Sedem Apoſolicam fidei, & devotionis, aliæque multiplicia merita, necnon eximias, & Chriſtianiffimo Rege dignas virtutes, quibus eum largiter inſignivit Altiffimus paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, piſque ipſius Ludovici Regis votis quantum Nobis ex alto conceditur favorabiliter annuere cupientes, necnon præfatarum literarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo habentes, ſupplicationibus ejufdem Ludovici Regis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ſupradictarum literarum noſtrarum tranſumptum, ſeu exemplum in locis Fontis Bellaufii, & Moreti dictæ Dioceſis Senonen. auctoritate noſtra Apoſolica publices, & publicari facias, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias juxta earundem literarum præſcriptum viſitandas itidem reſpective designes: Nos enim quancumque neceſſariam, & opportunam tibi in præmiſſis facultatem dicta auctoritate earundem tenore præſentium tribuimus, & impertimur.

Contrario-
rum derogatio.

§. 2. Non obſtantibus quatenus opus fit prædictis noſtris literis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in eis volumus non

AN. CH. 1661.

Dat. die 10.
Jun. 1661.
An. VII.

obſtare, ceteriſque contrariis quibufcumque; Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Pifcatoris die 10. Junii 1661. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXLIII.

Facultas Regi Catholico applicandi 10. m. ducat. ex fructibus Commendarum Militiæ de Calatrava in fabricam Eccleſiæ, & Monafterii Monialium Conceptionis B. M. V. Immaculatæ Oppidi Madriti Dioceſ. Toletan. ejufdem Militiæ.

Secret. Brev.
Ex Reg. in

Chariffimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico

ALEXANDER PAPA VII.

Chariffime in Chriſto fili noſter ſalutem, & apoſolicam benedictionem.

MAjeſtatis tuæ nomine Nobis nuper expoſitum fuit, quod tu, qui Militiæ de Calatrava Ciſterciën., ſeu alterius Ordinis adminiſtrator perpetuus, auctoritate apoſolica deputatus exiſtis, ſummam decem millium ducatorum monetæ Hiſpaniarum ex fructibus, & proventibus Præceptoriarum, ſeu Commendarum ejufdem Militiæ in Fabricam Eccleſiæ, & Monafterii Regii Monialium Conceptionis Beate Mariæ Virginis Immaculatæ Oppidi Madriti dictæ Militiæ, ſeu Ordinis de Calatrava Toletan. Dioceſ. applicare poſſe plurimum deſideras.

Procurator.

§. 1. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut tibi in præmiſſis opportune providere, de benignitate apoſolica dignaremur. Nos igitur piis Majeſtatis tuæ votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere cupientes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Majeſtati tuæ ſummam decem millium ducatorum monetæ huiusmodi ſemel tantum ex fructibus, redditibus, & proventibus Præceptoriarum, ſeu Commendarum dictæ Militiæ nunc vacantium, & poſthac vacaturarum, deductis tamen inde prius illarum oneribus, in Fabricam Eccleſiæ, & Monafterii præfatorum, auctoritate noſtra apoſolica applicandi plenam, & amplam facultatem, eadem auctoritate, tenore præſentium tribuimus, & impertimur, ea tamen lege, ut nonniſi medietas fructuum, reddituum, & proventuum uniufcuſque ex præſatis Præceptoriiſ, ſeu Commendis ſumatur, & integra ſumma decem millium ducatorum huiusmodi in ſupra expreſſos, & non alios uſus expendatur, ac ſtatim atque illa ex eiſdem fructibus, redditibus, & proventibus conſtata fuerit, præſens gratia expiret, & expiraſſe cenſeatur eo ipſo.

Facultatem
concedi pro-
ut in rubr.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſolicis, nec non dictæ Militiæ, etiam jura-mento, confirmatione Apoſolica, vel qua-

Contrariis
derogatio.

AN. CH. 1661.

Alexander Septimus An. VII.

151 AN. CH.
1661.

quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum infertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibufcumque.

Dat. die 18.
Jun. 1661.
An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Pifcatoris die decimoſtava Junii 1661. Pontificatus noſtri Anno VII.

CCCXLIV.

Ex Reg. in
Secret. Brev.

Confirmatio literarum Abbatis, & Capituli generalis Ord. Ciſterciën. anno 1244. emanatarum, per quas Monafterium Beate Mariæ Regalis dicti de Maubuiſſon, dicti Ordinis in immediate ſubiicitur juriſdictioni, & ſuperioritati Abbatis Ciſterciën.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Expoſitio.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilecta in Chriſto filia Catharina Angelica D'Orleans Abbaſſiſſa Monafterii Monialium Beate Mariæ Regalis dicti de Maubuiſſon, juxta Pontifariam Ciſterciën. Ordinis Pariſien. Dioceſis, quod dudum ad inſtantiam clar. mem. Blanchæ dum vixit Francorum Regiñæ Illuſtris, ejufdem Monafterii Fundatricis, ipſum Monafterium ſiliationi Abbatis, & Conventus Ciſterciën. fuit a Capitulo generali dicti Ordinis incorporatum, atque omnimodæ juriſdictioni, & ſuperioritati ejufdem Abbatis Ciſterciën. tanquam Patris immediati ſubjectum, prout uberius contineri dicitur in literis tenoris, qui ſequitur videlicet: Nos Frater Claudius Vauſſin. Abbas Ciſterciën. Sacre Theologiæ in facultate Pariſienſi Doctor Chriſtianiffimo Regi a Sanctioribus Conſiliis, & in Supremo Burgundiæ Senatu primus Conſiliarius natus, univerſi Ciſterciën. Ordinis Caput, ac Superior generalis, ejufdemque Capituli generalis plenaria auctoritate fungens, omnibus præſentes literas inſpecturis notum eſſe volumus, quod cum exhibita Nobis fuerint patentes quædam literæ a Riño Prædeceſſore noſtro pia mem. Bonifacio Abbate Ciſterciën., & Capitulo generali de anno 1244. emanatæ, quarum tenor ſequitur, & eſt talis, Univerſis Chriſtiffidelibus præſentes literas inſpecturis, Frater Bonifacius Abbas Ciſterciën., totuſque Conventus Abbatum Capituli generalis ſalutem in ſalutis Authore Univerſitati veſtræ præſentium ſignificatione intimamus, quod cum D. Blancha Illuſtris Regiñæ Franciæ Nobilem Abbatiam Sanctimonialium, quæ dicitur Abbatia Beate Mariæ Regalis juxta,

Literas Abba-
tis, & Capitu-
li generalis
Ordinis Ciſter-
ciën. alias edi-
tas reſect.

Pontifariam fundaret, ædificaret, & ſufficienter dotaret pro remedio Animæ ſuæ, & ſuorum cupiens impoſterum providere quieti, & paci dictarum Sanctimonialium ibidem Deo ſervientium, voluit, & humiliter poſtulavit, quod eſſet Abbaſſis, & Conventus Ciſterciën. filia ſpecialis, Nos igitur læto animo tantæ Dominiæ præcibus annuentes ordinamus, & ſtatuiſſimus, ut dicta, Abbatia Beate Mariæ Regalis, ita pleno jure pertineat ad Abbatem, & Conventum Ciſterciën. ſupradictos quoad inſtitutionem, deſtinationem, viſitationem, correctionem, & reformationem, & omnia alia, quæ Patri Abbati in ſua filia competunt de jure Ordinis Ciſterciën., quod nulla alia perſona in ea ſibi aliquod valeat vendicare, in ejus rei teſtimonium præſentes literas prædictis Abbaſſiſſæ, & Conventui miſimus ſigilli noſtri munimine roboratis. Actum Anno Domini 1244. tempore Capituli generalis, & ſigillatum F. Bonifacius dictus Abbas, & Conventus Ciſterciën. Dilectis in Chriſto Abbaſſiſſæ, & Conventui Beate Mariæ Regalis juxta Pontifariam ſalutem, & continuos in Sancta Religione profectus. Cum ad petitionem Dominiæ Blanchæ Illuſtris Regiñæ Franciæ, ſtatuerit Capitulum generale, ut Abbatia veſtra, quam prædicta Regina fundavit, nobiliter adſicavit, & dotavit, ſit filia Ciſterciën. ſpecialis, Nos ſimiliter attendentes piam devotionem prædictæ Dominiæ, vos in curam noſtram recipimus; ita quod in perpetuum ad Nos pertineat, in omnibus, & per omnia viſitatio, correctio, & reformatio domus veſtræ, & cetera, quæ in literis Capituli generalis continentur. In cujus rei teſtimonium, & perpetuam firmitatem vobis tranſmittimus præſentes literas ſigilli noſtri munimine roboratas.

Actum Anno Domini 1244., & ſigillatum. Nos præſentes de verbo ad verbum ſupra expreſſas literas approbaviſſimus, & acceptaviſſimus, uti ſerie præſentium approbamus, & acceptamus, gratasque, & ratas habemus, iſdemque novum robur quatenus opus foret, novamque firmitatem adticimus.

Datum Ciſterciën. die 21. menſis Novembris Anno Domini 1659. ſub noſtro manuali ſigno Secretarii noſtri Chirographo, & majoris noſtri ſigilli appoſitione.

Claudius Abbas Ciſterciënſis generalis ſit ſignatum, & infra de mandato prædicti Reverendiſſimi Domini Abbatis mei Generalis Franciſcus Deſtrechy Secretarius ita ſubſcriptum, & ſigillatum.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat prædictum Monafterium, ejusque Abbaſſiſſa, & Conventus ſub tali Abbaſſi Ciſterciën. ſuperioritate feliciter haſtenus perſeveraverint; quo vero impoſterum quoque perſeverare, nec a quoquam in tali jure moleſtari, & turbari valeant, memorata Catharina Angelica Abbaſſiſſa plurimum cupiat præmiſſa, apoſolica confirmationis noſtræ robore communi.

Nos

§. 3. Nos ipsam Catharinam Angelicam Abbatissam specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutam fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dilecti filii nostri, & Apostolicae Sedis, apud Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum, Francorum Regem Christianissimum Nuncii audiverunt, consilio, attentis narratis, perinsertas literas auctoritate apostolica tenore presentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus ita ut erectionis memorati Monasterii Sanctae Mariae Regalis ratio habeatur, ejusdemque circa assertam subjectionem tenor, & forma fervetur.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Junii 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCXLV.

Confirmatio. & innovatio literarum Clementis VIII., & Pauli V. contra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini conquirentes dignitates in eadem Religione ad requisitionem personarum extra Ordinem constitutarum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. Admonet Nos suscepti cura regiminis universalis Ecclesiae, ut illa, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris pro felici Christianissimorum, qui abnegantes semetipsos Altissimi obsequiis sese sub suavi religiose humilitatis iugo manciparunt, directione, & quiete salubriter constituta esse dignoscuntur, quo serventur in posterum exactius, innovemus, & Apostolica confirmationis nostrae munimine stabiliamus.

§. 1. Dudum siquidem a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecess. nostro emanavit Constitutio tenoris, qui sequitur, videlicet: Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus a Deo tanquam Aaron, & a regularis vitae instituto valde alienum est, ut Religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus sanctitate vitae, ac aliis religiosis virtutibus po-

tius promereri, quam appetere, eosque gradus, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptosque humiliter administrare decet, mendicatis secularium praesertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei perniciēs afferri solet. Nos qui pro nostri muneris debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candori restituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine Eremitarum S. Augustini, Professionis, & Regulae, quam professi sunt, penitus immemores, nimiaque dignitatum & officiorum Ecclesiasticorum in dicta Religione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis, Ecclesiasticorum, & secularium Principum studia requirant, & a S.R.E. Cardinalibus, aliisque Praelatis commendatitias literas, aliosque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minime confidunt gradus, & dignitates in eadem Religione consequi valeant, sicque ejusdem Religionis quietem non sine animarum suarum, periculo perturbant.

§. 3. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Religione, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiae sanctae utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra pastoralis sollicitudine propellere summo petere cupientes, motu proprio, & ex nostra certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine eos omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis, & Religionis, cujuscumque status, gradus, conditionis, praerogativae, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Religionis asequenda intenti, ad Principum, & Praelatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam Ecclesiasticarum, quam secularium, de gremio dictae Religionis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directe, vel indirecte palam, vel occulte ad praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia praedicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint aut etiam sponte oblatis, & minime conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores, ad quascumque praelaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Religione obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos praelaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce, tam activa, quam passiva carere decernimus, & declaramus.

Atque

§. 4. Atque in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena omnibus dicti Ordinis, & Religionis Fratribus, Superioribusque, & Praelatis quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori Generali, praesentibus, & futuris praecipimus, districteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, vel Praelatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium, quam Ecclesiasticorum, extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia praedicta Religionis promovere, vel poenas aliquas remittere audeant, vel praesumant.

§. 5. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Religionis contra praesentium dispositionem (quod absit) quancumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, nullisque juribus subsistere: Ac omnes, & singulos in praemissis delinquentes, nulla alia monitione precedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & poenas praemissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illas sententias, & poenas praemissa damnabiliter incurrere legitime probandum, & omnino convincendum, solas praemissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam ore tenus porrectas plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis, & Religionis hujusmodi, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, Aut si praefatis Fratribus, vel quibuscumque aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & ex-

Bull. Rom. Tom. VI. Pars V.

pressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 7. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis Eremitarum Fratres facilius deveniat, volumus illas etiam in Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & postea in Capitulo Generali publice legi, illasque in dictis Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & Capitulo Generali lectas, sic arctare, ac si legitime unicuique intimatae fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis, manu Scribae dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Prioris Generalis ipsius Religionis, vel alterius personae in Ecclesiastica dignitate constitutae obsignatis eandem prorsus fidem haberi, quae praesentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Decembris 1661. Pontificatus nostri anno XIII.

§. 8. Et subinde rec. mem. Paulus V. Praedecessor noster constitutionem pariter edidit tenoris sequentis: videlicet, Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Admonemur Pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi seculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosius pateat accessus. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine dilectis filiis, Priori Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis S. Augustini Fratrum Eremitarum Praelatis, nunc, & pro tempore existentibus, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis poena ipso facto incurrere praecipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiusvis dicti Ordinis Religiosi ullam gratiam concedere, vel poenas aliquas remittere, seu gradus, dignitates, honores, officia, & administrationes, functiones, & praelaturas ejusdem Ordinis concedere audeant.

§. 9. Quinimo dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hac via, & aliis mediis per conquisitos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus. Insuper Religiosis, & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem poenis praecipimus, & expresse interdici-mus, ut non solum in praemissis omnibus favores hujusmodi minime procurare, sed nec etiam sponte oblatis, aut ab eis minime procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua praedictis personis exhibere audeant, seu praesumant.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictisque Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-

Transumptis credi mandat.

Contrario- rum derogatio.

Transumptio-
rum fides.

quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut divisim ab Apost. sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes poenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1608. Pontificatus nostri Anno IV.

§ 11. Cum autem ea sit rerum humanarum conditio, ut Constitutionum, & Ordinationum, vel maxime salubrium, sensim lentescat vigor, quin etiam ex animis hominum paulatim elabatur memoria, nisi provida Legislatorum vigilantia subveniat; hinc est, quod Nos inviolabili præsentiarum Constitutionum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere, & ambitionis malum a prædicto Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, in quo plurimos Viros singulari pietate, & doctrina insignes Deo famulari novimus, penitus excludere cupientes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus præinstructas Clementis, & Pauli Prædecessorum Constitutiones cum omnibus, & singulis quomodolibet contentis in illis, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac illas innovamus, & adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari posset, restituimus, & plenarie reintegramus.

Decretum irritans.

§ 12. Decernentes easdem præsentibus, ac præinstructas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum, cujusvis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, inviolabiliter, & inconcussè observari: Neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate

fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§ 13. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ prædicti Clemens, & Paulus Prædecessores in suis literis præinstructis voluerunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum pariter volumus, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 1. Julii 1661. Pont. nostri Anno VII.

Contraria tollit.

Dat. die 1.
Jul. 1661.
An.VII.

CCCXLVI.

Declaratio quod Abbates Ordinis Cisterciensis, qui scilicet utuntur dispensatione apostolica circa esum carniū ubique acceptata, non possint privari voce activa, & passiva, virtute sententiarum a Visitatore Apostolico emanatarum.

Vide ad Const. 178. hujus Pontificis, In Supremi. Tom. 6. Par. 4. fol. 203.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Reipublicæ Helvetiorum Nobis expositum fuit, quod cum dilecti filii Abbates Ordinis Cisterciensis in ejusdem Reipublicæ ditione existentes convocati ad Capitulum Generale Cistercii in Gallia pro more celebrandum sese accingerent, & præparent ad iter, occulto rumore perceptorum, quosdam Religiosos Gallos, ejusdem Ordinis dictos Abstinentes contra antiqua ipsorum jura nunquam hæcenus controversa, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris toti Ordini concessa, velle sese prævalere quibusdam sententiis a bome Francisco dum vixit S.R.E. Card. de la Rochefaucaud nuncupato emanatis: qui cum a fel. rec. Gregorio Papa XV., & Urbano Papa VIII. Prædecessoribus pariter nostris commissionem habuisset ad visitanda, & juxta statuta ejusdem Ordinis a Romanis Pontificibus confirmata reformanda Monasteria dicti Ordinis, quæ in Gallia indigerent reformatione, & tamen ea nullatenus visitasset; nihilominus dicti Abstinentes contra formam Literarum Apostolicarum, & Statuta Apostolica, duas sententias ab eo obtinuerunt, quibus omnes Abbates, & Religiosos communis Observantiæ, qui scilicet

Supplicatio.

scilicet

scilicet utantur dispensatione apostolica, circa esum Carnium ubique acceptata, atque a Nobis per nostras in simili forma Brevis literas die 10. Novembris 1657. expeditas approbata, inter alia signanter prætendunt esse privatos voce activa, & passiva in electionibus Abbatis generalis, & quatuor primorum Abbatum, Vicariorum, Provinciarum, Procuratoris Generalis in Curia, & aliorum publicorum Officialium, administratione Collegii Parisiensis, communis studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem observantiam, aliisque Juribus pertinentibus ad Abbates, & Capitulum generale, & in vim dictarum sententiarum ipsos solos Abstinentes redditos capaces dignitatum, & officiorum dicti Ordinis, & independentes a jurisdictione ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis esse præsumunt.

§ 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet hujusmodi sententiæ fuerint per Judices delegatos cassatæ, atque a rec. mem. Innocentio Papa X. etiam Prædecessore nostro super præsentis Juribus Abstinentibus prædictis perpetuum positum silentium; attamen iidem Abstinentes semper dictas sententias validas asserunt, & pro earum observatione diversos recursum habuerint, propter quas præsumptiones prorogatum fuit Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos super hac vexatione fuisset consulti: Idcirco Nos pro commissa Nobis cœlitus Pastoralis Officii cura memorati Ordinis quieti quantum cum Domino possumus consulere cupientes, ac causæ, & causarum hujusmodi statum, & merita, nominatim, & cognominatim Judicium, & Colligantium, & alia etiam speciali expressione digam præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, necnon causam, & causas prædictas a quocumque Tribunali, & Judice ad Nos harum serie avocantes, ac declarationem, approbationem, & novam concessionem a Nobis per prædictas literas die 10. Novembris 1657. emanatas circa esum carniū, factas confirmantes, habita relatione de præmissis.

Decretum infirmum confirmatur.

§ 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium distictè prohibemus, ne Abbates, & alii quicumque dicti Cisterciensis Ordinis communis Observantiæ Religiosi ejusmodi apostolica dispensatione circa esum carniū utentes, super libertate vocis activæ, & passivæ in electionibus Abbatis Cistercii Generalis, aliorumve quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum, Provinciarum, Procuratoris Generalis Curie, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & regimine Collegii Parisiensis communis studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa esum carniū, servatis servandis receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda jurisdictione, quam ab initio ejusdem Ordinis

habuerunt, & quibuslibet aliis juribus, quæ ex vi Regulæ, & sæpediti Ordinis Constitutionum apostolica auctoritate confirmatarum, illis, & Capitulo Generali competunt, ullatenus perturbentur, prohibeantur, vel molestantur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandamus, & præcipimus, circumscriptis memoratis sententiis, die 27. Julii 1634. Augusti 1635. a præfato Apostolico Visitatore (ut dicitur) emanatis, necnon quorumlibet aliorum Judicum, qui circa præmissa quidquam secus statuere, vel decernere, tentaverunt, aut præsumpserunt, cum omnibus inde sequentis.

Clausulas addit.

§ 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§ 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, & ejus Monasteriorum quorumvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Julii 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 2.
Jul. 1661.
An.VII.

CCCXLVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo injungitur Generali, & Definitorio Ordinis FF. S. Pauli primi Eremitæ in Regno Portugalliæ, ut indulta degendi extra Claustra Religionis dicti Ordinis a quibuslibet quomodolibet absque Sedis Apostolicæ facultate speciali quavis de causa concessa revocent, & Religiosos ad claustra sub suspensionis a divinis, excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis censuris, & poenis &c. redire cogant, ibique sub obedientia Superiorum manere cogant, & compellant.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Alias pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis in Romana Curia

Motus i.

Curia residentis Ordinis Fratrum S. Pauli primi Eremitæ in Regno Portugallie Congregationi Venerabilium Fratrum Nostorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod Superiores Generales, & Definidores, qui ante hac fuerunt, dicti Ordinis Religiosis ejusdem Ordinis licentiam degendi habitu regulari retento in domibus suorum genitorum, genetricum, & suorum sub prætextu illis subveniendi concedere soliti fuerant; Et quia, ea res non solum expressæ dispositioni quarundam felic. rec. Clementis VIII., & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum in simili forma Brevis Literarum, sed etiam Dei servitio, Religionisque augmento adversabatur, dilecti pariter filii moderni Superior Generalis, & Definidores d. Ordinis, inconvenientibus hujusmodi occurrerent, ac illis, quæ ab eorum antecessoribus sine legitima auctoritate facta esse reperiebantur, remedium afferendi ergo, omnibus, & singulis Religiosis Ordinis prædicti, qui in domibus privatis sine licentia Sedis Apostolicæ degebant, præceperant, ut ad Claustra sub obedientia Regulari permansuri reverterentur: Et in eadem expositione subjuncto, quod nonnulli ex præfatis Religiosis Superioribus obedire renuerant, quinimo ad Judices Laicos recurrerant, licetque Religioni intentabant; Ideoque supplicato eidem Congregationi, ut in præmissis opportune provideret: emanavit a dicta Congregatione decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio

Sacra Congregatio Emimentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, attentis narratis, ac ne propter memorata indultatibus sub prætextibus Religiosis Ordinis hujusmodi præbeatur causa extra claustra vagandi, neque ideo Regularis observantia relaxetur, censuit injungendum, prout præsentis decreti tenore injungit Generali, & Definitorio ejusdem Ordinis, ut dicta indulta a quibuscumque, seu quomodolibet absque Apostolicæ Sedis facultate speciali, quavis de causa concessa pro eorum zelo, & regularis disciplinæ studio ejusdem Sacra Congregationis auctoritate revocent, ipsosque Religiosos, quibus concessa esse prætenduntur ad claustra sub suspensionis a divinis, excommunicationis, aliisque ecclesiasticis censuris, & poenis eisdem Generali, & Definitorio benevisis, ac etiam per privationem suffragiorum, graduum, & officiorum, & inhabilitationum ad ea, & alia quæcumque impofterum obtinenda redire, ibique sub obed. Super. manere cogant, & compellant, prædictum autem Generalem, & Definitorium a similibus concessionibus, sive directe, sive indirecte, aut alio quovis modo in futurum sub jam dictis poenis omnino abstinere præcipit. Exequutionemque præsentis decreti Judicibus Conservatoribus Religionis hujusmodi pro

tempore existentibus demandat, & committit: in contrarium non obstantibus quibuscumque.

Romæ 3. Junii 1661.

M. Card. Ginettus.

E. Episc. Camerinen. Secr.

§.2. Cum autem, sicut dictus Procurator generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: decretum præinfertum, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

Decreta confirmat.

§.3. Decernentes easdem præfatas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Claustra appoint.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. die septima Julii 1661., Pontificatus nostri Anno Septimo.

Dat. die 7. Julii 1661. An.VII.

Ere-

CCCCXLVIII.

Ereccio Provinciæ Sancti Ladislai Regis in Sclavonia, Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Procurator.

EX commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito ad ea propensius studiis jugiter intendimus, per quæ religiosorum virorum, qui relicto seculo Dei obsequiis sese manciparunt, statui, & felici directioni consilium, ut secundum laudabilia Ordinum suorum instituta, gratum Altissimo impendentes famulatum, prosperioribus in dies benedictis Domino proficiant incrementis.

Supplicatio.

§.1. Alias siquidem pro parte dilecti filii Lucii a Sancto Justo tunc temporis Commissarii Generalis Curie Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis exposito, quod antea postquam Congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ Zagabriensem, Varasdiensem, Ormudsiensem, Crisientem, Remeticensem, Ivanicensem, & Capinensem Conventus Ordinis prædicti in Sclavonia constitutos, necnon Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Zagabriensium Monialium Ordinis S. Claræ curæ primordii Ordinis subjectum in novam custodiam ad præscriptum Constitutionum Ordinis hujusmodi, cum prærogativis, titulis, & præcedentiis consuetis erigi mandaverat, dilectus pariter filius Paulus de Tauris Frater expressæ professus Provinciæ Austriæ dicti Ordinis vigore mandati sibi super hoc a dilecto etiam filio Sebastiano a Cajeta Cismontanæ familiæ prædicti Ordinis Commissario Generali dati septem. Conventus, & Monasterium hujusmodi prævia illorum separatione a Provincia Hungariæ ejusdem Ordinis in novam custodiam spediit Ordinis juxta dispositionem decreti dictæ Congregationis super præmissis emanati erexerat: Nos supplicationibus dicti Lucii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem supradictorum septem Conventuum, ac Monasterii in novam custodiam Ordinis præfati a memorato Paulo, sicut præfertur, factam, auctoritate apostolica confirmavimus, & approbavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis litteris, die 20. Junii 1656. desuper expeditis, quarum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberrius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii Fratres Custodiæ præfate Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi eandem custodiam, quæ, ut asserunt, in novem Conventibus fratrum adjunctis scilicet ad supradictos septem, Caproncensibus sub titulo Sancti Antonii Pata-

vini: & Chiaktoniensibus sub titulo Sancti Nicolai Episcopi, necnon prædicto Monialium Monasterio ad præfens consistit, pro majori illius decore in novam dicti Ordinis Provinciam a Nobis erigi summopere desideret: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eandem Custodiam in novam memorati Ordinis Provinciam cum omnibus, & singulis prærogativis, præminentis, privilegiis, juribus, gratiis, & indultis, quibus alia ejusdem Ordinis Provinciæ de jure, usu, & consuetudine, & alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, ac solent, & debent, auctoritate prædicta tenore præsentium, sine cujusquam præjudicio perpetuo erigimus, & instituimus.

Decretum, præfatum in contrarium.

§.3. Decernentes easdem præfatas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Claustra.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædicti Ordinis, & aliis quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decima sexta Julii 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 16. Julii 1661. An.VII.

Præ-

Ex Regest. in
Secret. brev.

Præceptum, ut Breve fel. Urbani VIII. necnon Decreta Congregationis Episcoporum, & Regularium super controversiis inter Fratres Recollectos, & Fratres de Observantia Provinciae Britanniae Ordinis Minorum Sancti Francisci vertentibus emanata, sub poenis expressis in illis executioni demandentur, & observentur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

§. I. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Cyrillus Boullevic, & Hieronymus Pezron Fratres, & Procuratores speciales Fratrum Provinciae Britanniae in Gallis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum nuncupatorum, quod alias fel. rec. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster inter cetera transtulit jus dictae Provinciae a Fratribus de Observantia ad Recollectos, & mandavit, ne in praefata Provincia ullus in Novitium inter dictos Fratres de Observantia, sed inter Recollectos dumtaxat in posterum reciperetur sub poena nullitatis receptionum, ac professionum aliter factarum, necnon poenis excommunicationis latae sententiae, ac officiorum, & omnium actuum legitimorum privationis, ipso facto per Superiores aliter recipientes incurrendis, ordinavitque eosdem Recollectos introducendos fore in Landernensem, & Briocensem Conventus, ac in ceteros a dictis Fratribus de Observantia sibi pro tempore relinquendos, prout in ejusdem Urbani Praedecessoris litteris in simili forma Brevis, die 25. Maii 1639., ac die 26. Martii 1640., & die 17. Augusti 1641. respective expeditis, in sententiis Commissariorum Apostolicorum in partibus exequentium, & concordatis ex utraque parte initis uberius dicitur contineri. Postmodum vero Nos Decreto Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Portuensis, S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati partibus in contradictorio auditis die 2. Martii 1648. de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita edito, aliisque pluribus Decretis inherentes, supradictas Urbani Praedecessoris litteras confirmavimus, ac prohibuimus praefatos Conventus a dicta Provincia ullatenus separari, aut dismembrari, sed Recollectis tradi iussimus, praecipientes omnibus Provincialibus Ministris dicti Ordinis in Regno Galliae degentibus ne ullum ex suis Religiosis ad aliquem dictorum Conventuum mitterent, sed missos quamprimum revocarent; dilecto autem filio Carolo Manoix rebellionis auctori, ut intrusus remitteret, nec rem ullam in contrarium praemissorum attentaret, & haec omnia, & plura alia sub censu-

ris, & poenis; praeterea Commissionem in signatura nostra iustitiae per Fratres de Observantia praefatos subreptitè obtentam revocavimus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis litteris die 4. Februarii, & die 30. Martii 1658., & die 10. Octobris 1659. respective emanatis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, praefatus Carolus Manoix cum suis sequacibus novissime, videlicet die 29. Novembris 1660. sententiam a dilecto filio Officiali Venerabilis Fratris Episcopi Briocensis extorserit, qua praetendit praefatos Conventus Landernensem, & Briocensem a supradicta Provincia dismembrare, & alienae scilicet Provinciae Chordigerorum Turoniae Majoris adiliare, illisque Novitios recipiendi facultatem restituere in contemptum litterarum, & Decretorum praefatorum; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut praedictam dicti Officialis sententiam, utà pote evidenter attentatam, & de se nullam, attentata revocatione, & nullitate asserta suae Commissionis, cassare, & annullare, ac alias opportune in praemissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui rem diligenter, & mature perpenderunt, & examinarunt, consilio, attentis narratis, circa praemissa praefatos Urbani Praedecessoris, & nostras in forma Brevis litteras, necnon Decreta Congregationis eorumdem Cardinalium alias desuper emanata sub poenis in illis expressis executioni demandari, & observari auctoritate apostolica tenore praesentium mandamus, & praecipimus.

§. 3. Decernentes irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praetensa sententia, seu Decreto praedicti Officialis Episcopi Briocensis vigore assertae Commissionis Signaturae iustitiae edita, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praedictis litteris concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Confirmat
decretum.

Clausula.

Contraria tol-
lit.Dat. die 23.
Julii 1661.
An. VII.

Com-

Ex Regest. in
Secret. brev.

Commissio Nuncio Franciae, & Archiepiscopo Tholosano contra Vicarios generales Archiepiscopi Parisien. occasione Edicti temeraria, & falsa continentis, per eos publicati.

Venerabilibus Fratribus Casio Casari Nostro, & Apostolicae Sedis apud Charissimum in Christo Filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum Nuncio, ac moderno Tholosano Archiepiscopo.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Frater salutem, & apostolicam
benedictionem.

Motiva.

Pervenit ad aures nostras non sine gravi animi nostri dolore, dilectos filios Joannem Baptistam de Contes, & Alexandrum de Hodeng, dilecti filii nostri Joannis Francisci Pauli Gondi tituli S. Mariae super Minervam S. R. E. Presbyteri Cardinalis de Retz nuncupati Ecclesiae Parisien. ex concessione, & dispensatione Apostolica Praefatus Vicarios in spiritualibus generales Edictum sub data diei 8. Junii proxime praeteriti publicasse, quo temerariis mendaciis inter alia narrare, seu asserere ausi sunt, tempore Pontificatus fel. re. Innocentii Papae X. Praedecessoris nostri non fuisse tractatum nisi utrum quinque Propositiones per Constitutionem ejusdem Innocentii Praedecessoris anno Incarnationis Dom. 1653. pridie Kal. Junii emanatae condemnatae, verae, & Catholicae, an vero falsae, & haereticae forent: Cum tamen non solum de earumdem quinque Propositionum veritate, vel falsitate tunc tractatum fuerit, sed etiam quod illae ex libro Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, cui titulus Augustinus excerptae extitissent, ipsaeque quinque Propositiones in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento, damnatae fuerint, sicut nos per nostram Anno Incarnationis Dom. 1656. decimo septimo Kal. Novembris editam Constitutionem declaravimus; Quo circa Nos pro pastoralis officii nostri debito tam gravi inconvenienti remedium adferre cupientes, ac dicti Edicti tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso habentes, motu proprio, ac ex certa scientia nostra fraternitatis vestrae per praesentes committimus, & mandamus, ut contra memoratos Joannem Baptistam, & Alexandrum Vicarios generales non solum super praemissis, sed etiam super aliis quibuscumque in eodem Edicto comprehensis, quae concernant, aut referantur ad mendacia, & temere asserta similia, vel res aliquas cum deceptione, & tergiversatione contineant, quae praefatas Constitutiones infringere valeant, servatis servandis auctoritate nostra Apostolica procedatis; Nos enim vobis annullandi praedictum Edictum ac eisdem Joannem Baptistam, & Alexandrum Vicarios generales officiis suis pri-

Commissio ut
in rubr.

vandi, eosque in prenas in praefatis Constitutionibus contentas incurrisse declarandi, ac ad electionem Vicarii Apostolici quatenus opus fuerit deveniendi facultatem, auctoritate Apostolica, earumdem tenore praesentium tribuimus, & impertimur.

§. 1. Non obstantibus rec. mem. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit Ecclesiae Parisien. & aliis quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Augusti 1661. Pontificatus nostri Anno VII.

Contrariis
derogat.Dat. die 1.
Aug. 1661.
An. VII.

CCCLI.

Confirmatio quarundam Ordinationum Congregationis Fratrum S. Hieronymi Fesulan. super electionibus Patrum Definitorum, necnon Procuratorum, & super studiis, & lectionibus, ac praedicationibus per Fratres obeundis nuper editarum.

Ex Regest. in
Secret. brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regiminis per abundantiam divinae bonitatis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, praepositi, illa, quae pro felici Congregationum Vitorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipiorum regimine, & directione provide ordinata esse dignoscuntur, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis patrocinio roboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Fratrum Sancti Hieronymi Fesulan., quod alias pro felici dictae Congregationis gubernio de dilectorum filiorum Prioris Generalis, & aliorum Fratrum ipsius Congregationis, Religionis zelo, doctrinaque praedictorum consilio facta fuerunt Ordinationes tenoris, qui sequitur, videlicet.

Vicarius Generalis Capituli, & Generalis eligantur libere a Patribus vocalibus, itaut nullus nominetur, aut proponatur. In eligendis vero novem Patres Definito-

Exordium.

Expositio.